

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Vita humana presens b
cum fonte primo

Si toto tempore illo uiueres ex quo
Adam de paradyso emissus est nobis in
hodiernum diem, certe uideres uitam
tuam non fuisse diuturnam que sic
auolasset. Vnius autem
cuiusque uita hominis quanta est? Adde
quantoslibet annos, duc longissimam
senectutem: quid est? Nonne
aura matutina est? Ergo longe sit
dies iudicii quando erit
retributio iustorum et iniustorum,
tuus certe ultimus dies
abesse non potest longe. Adhuc te
prepara. Qualis enim exieris de hac
uita, talis redderis illi uite.

Augustinus super Psalmum XXXVI.:
Adhuc pusillum et non erit peccator.

Si toto illo tempore uiueres, ex quo
Adam de paradiso dimissus est usque in
hodiernum diem, certe uideres uitam
tuam non fuisse diuturnam, quae sic
auolasset. Vnius autem
cuiusque hominis uita quanta est? Adde
quantoslibet annos, duc longissimam
senectutem, quid est? Nonne
aura est matutina? Ergo longe sit
dies iudicii, quando erit
retributio iniustorum et iustorum,
tuus certe dies ultimus
longe abesse non potest. Ad hunc te
praepara. Qualis enim exieris de hac
uita, talis redderis illi uitae.

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes
in Psalmos*, 36, 10 (CCSL 38, E.
Dekkers & J. Fraipont eds., p.344, ll.18-
27).